SOPRA

L' ARCIDUCA MASSIMILIANO

IMPERATORE DEL MESSICO

SONETTI TRE

CON LATINA VERSIONE

DEL CAN. LUIGI CAV. DALLA VECCHIA

VICENZA

SETTEMBRE MDCCCLXVII

Digitized by Google

SUA

TRAGICA PIETOSA MORTE

SONETTO I.

Dal tuo bel Miramar, altrui consiglio,
Nè scritto in cielo, a stranio suol t'addusse;
E di fratel l'amor vinto e di figlio,
Città convulse ad acquetar t'indusse.

Magnanimo in tuo cuor, con franco ciglio,
E con braccio possente, ovechè fusse,
L'Idra sperdevi, che sì feo vermiglio
Quel suol di sangue, e che l'Altar distrusse.

Ma nuove Erinni a pace, e a Dio nemiche,
E un nuovo Giuda, a te la vita e il trono,
Non che il frutto rapìr di tue fatiche.

Pianga in te il Mondo d'un Eroe la sorte,
Ma insieme ammiri il Giusto, che perdono
Ai Traditor pregando iva alla morte.

Digitized by Google

Idem

HEROICO CARMINE

Consilium ah laevum, Hadriacas qua ex arce per undas
Prospectare juvat, te externas duxit ad oras;
Et cohibens nati, fratrisque in pectore sensus,
Discerptas bello pacatum mitteris urbes.

Magno equidem ipse virens animo, et felicibus orsis
Bacchantem exagitans Hydram quacumque premebas,
Hydram, quae late fraterno sanguine terras
Imbuerat, Superûmque, nefas! dejecerat aras.

Sed paci infestisque Deo novae Erinnyes ausis,
Perfidus et magno qui te hosti vendidit auro,
Vitam inopino ipsam, et regni rapuere labores.

Infandum Herois casum jure horreat Orbis,
Mireturque simul Justum, qui morte sub ipsa
Artificum sceleri veniam pacemque precatur.

———

Digitized by Google

LA *BLOUSE* E IL *GILET*

CHE PORTAVA AL MOMENTO DELLA SUA *FUCILAZIONE*

DOLOROSE RELIQUIE RECATE A VIENNA

SONETTO II.

Di chi tai spoglie? e che dir vuolsi questo
Smagliar forate, e d'atro sangue intrise?...
Oh quanto ai Cari suoi dono funesto
Faranno l'alme dal dolor conquise!

Al mirare quei lini, al manifesto
Segno onde fur le care membra ancise,
Miracol fora, se non van più presto
Elle pure dal lor frale divise.

Ahi Figlio! ahi Sposo! ahi pio Fratel!.... oh come
Farà la storia del barbaric' atto
Per orrore ai nipoti irte le chiome!

E tutto rimembrando il fatto truce,
Il Secol, che ogni fe rompe e ogni patto,
Segneran di sanguigna infausta luce.

Cujae sunt istae exuviae? quid sanguine foedae,
Et tanto squalent inhonesto vulnere scissae?...
Quo nunc Austriadum, adlatae lacrymabile munus,
Heu Consanguineûm miscebunt pectora luctu?

Ut vestes illas miseri, ut fera signa videbunt,
Membra quibus cari capitis multata fuere,
Mirum, ni tanto penitus concussa dolore
Corda, vel actutum diae lucis dona relinquent.

Heu Nate! heu Vir! Fraterque heu venerande!... Nepotes
Queis non ulla dies memori scelus eximet aevo,
Horrescent, fremitumque adrecto crine ciebunt.

Et quoties recolent obscoenum ex ordine factum,
Saeclum, cui Jus, cui nullum inviolabile foedus,
Signabunt tristi suffusum luce cruenta.

Digitized by Google

LA MORTA SALMA

CHE DAL MESSICO VIENE RIPORTATA IN EUROPA

SONETTO III.

Con pompa trionfal, d'augurj carco,
Vascel fendea, poc'anni son, quest'onde...
Or di pompa funebre e del rammarco
Al suon sott'esso l'Ocean risponde.

Giovin regal, cui feano al cuore incarco
De'suoi destin le Messicane sponde,
Drizzava allora della mente l'arco
A farle d'ogni ben liete e feconde.

Ma Furia infame di sua peste e lezzo
Spense il buon germe, anzi di Lui fe' strazio
Tal che ogni cuore ne sentì ribrezzo.

Ahi deluse speranze! ahi menti cieche!
Ahi Secol empio, che non è mai sazio
D. tradimenti e simil'opre bieche!

Digitized by Google

Celsa triumphali pompa, et dextro alite puppis,
Spe foeta, hinc paucis pontum verrebat ab annis:
At nunc funcreà remeat velata cupressu,
Moerentumque sonos iterans triste unda remugit.

Regius adsurgens Juvenis, cui credita rerum
Summa fuit, seseque dedit cui Mexicus uni,
Tunc acies animi, viresque intenderat omnes,
Ut Pax, et felix rideret Adorea terris.

Ast heu Dira nefas sanie vitiavit, et ussit
Germina quaeque halitu, immo ipsum, (aerumnabile cunctis
Atque indignum visu!) informi funere mersit.

O vanas mentes! foecunda o saecula culpae!
Quando sui pudeat, quando meliora capessens
Aetas prava dolos, foeda et molimina mittet?

Digitized by Google

VICENZA

TIPOGRAFIA DI GIUSEPPE STAIDER

1867.

Digitized by Google

VICENZA

TIPOGRAFIA DI GIUSEPPE STAIDER

1867.